UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Prima Classis. In Qva Avctorvm damnatæ memoriæ Opera edita, &c. L

urn:nbn:de:hbz:466:1-81432

Visual Library

PRIMA CLASSIS.

IN QVA

AVCTORVM *damnatæ memoriæ Opera edita*, &c.

L

LACTANTIVS Ragnonus.

LAMBERTVS Danæus.

Gallus, Aurelianenſis, Theologus, Luthero, Calvino-Zuinglian. Profeſſor Genevẽſis, & Leydẽſis, & Ortheſianus in Nauarra.

EIVS autem tractatus, *De ludo Aleæ*, & *De Veneficis*, permittuntur, appoſita tamen Auctoris damnati nota, & operis permiſſi.

Tractatus autem, ſeu Dialogus, *De Veneficis*, *ſeu Sortiariis*, circumfertur cum *Flagello Hæreticorum Faſcinariorum*, Nicolai Iacquerij, de quo vide, *Nicolaus Iacquerius*, 2. Claſſ.

Permittitur tamen eius, *Aphoriſmorum Politicorum Sylva*, adhibita nota Auctoris damnati, & operis permiſſi. — Item eius tractatus, *De Strigibus*, *&* *Lamiis*, cum ſimili nota.

LAMBERTVS de Nigro-ponte, *ſeu* Nigro-monte.

LAMBERTVS Ludolphus Pithopæus.

Theologus, & Philoſophus.

LAMBERTVS Schafnaburgenſis.

LAMBERTVS De Ricke.

Bergi Zamianus, confirmator conciliabuli Dordrechtani.

LAONICVS Antiſturmius, à Sturmeneck.

LAVRENTIVS Arnoldus, R- dienſis. *I.C.P.*

LAVRENTIVS Bouchel. I.C. Pariſienſis.

EIVS Theſaurus iuris Galliæ, Pariſijs, 1615. prohib.

LAVRENTIVS Codman.

LAVRENTIVS Eiſeler. P.

LAVRENTIVS Ezoch.

LAVRENTIVS Fabricius.

Dantiſcanus, Profeſſor Wittembergen.

LAVRENTIVS Friſæus.

Germanus, Poëta Lutheran.

LAVRENTIVS Humfredus.

Anglus, vel Humphedrus, patria Buchingamius, Collegij Magdalenenſis in Oxonio.

LAVRENTIVS Hyperius.

Andreæ Lutherani filius.

LAVRENTIVS Kirchovius.

I.C. Profeſſor Roſtochienſis, German. Lutheranus.

EIVS *Conſilia*, *ſive Reſponſa præſta-* *ſimorum Iure-Conſultorum*, collecta quinque voluminibus, *&c.* Francofurti, typ. Ioannis Saurij, 1605.

Volumine primo, adhibẽda in prima libri facie Kirchovio, nota Auctoris damnati, & operis permiſſi. — Et folio tertio Catho

INDIC Librorum PROHIBIT E.V. =4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Catalogo Iuris-conſultorum, notádæ ſunt Academiæ Sectariorum Lipſenſis, Witté-bergenſis, Roſtochienſis, Norinbergenſis, Heidelbergenſis, Aurelianenſis, Tubingé-ſis, Francofurtenſis, ubicumque illarũ reſponſa, vel conſilia ocurrerint. — Et ſimiliter inurenda ſua nota Sectarijs conſulentibus. Ioãni Oldẽdorpio, Laurentio Kirchoff, Matthæo Weſembecio, Melchiori Klingio, Stephano Gerkeno, Henningo Godem, Hieronymo Scurpff, Ioanni à Borck, & ſi quis alius ſectarius Conſulens ſit. — Omnia verò Caroli Molinæi, ſimul cum illius nomine expungenda.

Ex volumine tertio, pag. 108. expungendum eſt totum conſilium decimum cũ ſua inſcriptione, quod eſt Caroli Molinæi uſque ad pag. 114. excluſ.

Ex volumine quinto, quanquàm conſilium vigeſimum quintum, quod eſt Ioannis à Borck, permitti poteſt. Tantum pagin. 252. col. 1. ſub num. 182. expunge tres lineas, quæ incipiunt, *Cogita, nam ſi veritas eſt in Divinis, &c.*

Eivsdem verò, *Receptarum ſententiarũ Centuriæ quinque*, Francofurt. 1571. permittuntur.

Lavrentivs Lælius.

Onoldinus. Theol. Luther.

Lavrentivs Ludovicus.

Leoburgenſis, Theol. Calvin.

Lavrentivs Matthæſius.

Lavrentivs Neideckerus.

P.

Lavrentivs Petenſtenius.

Lavrentivs Peiſembergius.

P.

Nominatim interdicitur.

Eivs *Epitome de rebus Gallicis præcipuis*, ab anno reparatæ ſalutis 1555. uſque ad 1594.

Lavrentivs Ritter.

Lavrentivs Rhodomanus.

German. Theol. Hiſtoric. & Poëta, Luth. Auguſt. confeſ.

Permittuntur verò cum expurgatione, & nota Auctoris damnati.

Eivs *In Diodorũ, Siculum Præfationes, & Notæ.* Hanoviæ, typis Wechelianis, 1604.

In ipſa inſcriptione in fine, poſt illud, *Rhodomani Cheruſci*, adde, *Auctoris damnati, cũ expurgatione permiſſum.* — Præfatione ad lectorem, pag. 1. initio, ibi, *Antiſtite Neandro*, dele, *Antiſtite*, & ſtatim, poſt illud, *informandæ iuventutis*, dele uſque ad, *ita florebat*, excluſ. — Et intra, poſt illud, *contuliſſem, niſi*, dele uſque ad, *Henricus Stephanus*, excluſ. — Et ſtatim, poſt illud, *Reineccij*, dele uſque ad, *conſilio, &*, excl. — Pag. 3. poſt illud, *Acceſſerunt alij*, dele uſque ad, *Ioſephus Scaliger*, excluſ. — Et ſtatim poſt illud, *primas obtinent*, dele uſque ad, *David Pfeiferus*, excluſ. — In coniecturis in libros 5. Mythologiæ, lib. 1. pag. 355. col. 2. initio, poſt illud, *mentionem facit*, dele uſque ad, *Fr. Sylburgius*, excluſ.

Eivsdem Laurẽtij Rhodomani, *In Quinti Calabri Paralipomena. & in Dionis Chryſoſtomi orationem de Ilio non capto; præfationes, & notæ. Hanoviæ, typis* Wechelianis, 1604.

In ipſa inſcriptione in fine, ſcribe, *Laurentius Rhodomanus Auctor damnatus, & hoc opus prohibitum, cum expurgatione permiſſum.* — In Epiſt. Dedicat. initio, poſt illud, *Cupiditati honeſtiſſimæ*, dele uſque ad, *Michaël Neander*, excluſ. — Et poſt hæc verba, dele uſque ad, *Sed præter publicas*, excl. — Pag. 9. in princ. poſt illud, *Denique veſtro*, dele uſq; ad. *parens veſter*, excl. — Poſt præfationem ad lectoré, dele duo epigrámata in laudem Auctoris, & operis. — In Indice Auctorum, qui in commentariolo in orationem Dionis citantur, p. 133. dele, *Philip. Melancth.* — In ſcholijs, pag. 248. poſt illud, *Iuſtinum etiam, lib.* 2. dele uſque ad, *Nam plerique*, excl. — In notis depravatorum locorum, pag. 251. poſt illud, *De quibus*, dele uſque ad, *Martini Cruſij*, excl.

Lavrentivs Scheurlin. P.

Lavrentivs Schraderus.

Seu, *Schradæus*, ſeu, *Schradæius*, Hiſtoric. Helmſtadij, 1592.

Permittuntur verò cum ſequenti expurgatione eius *Monumenta Italiæ*, liber ita inſcriptus, diſtinctuſque tribus tomis.

Primum adhibenda eſt in cuiuſque libri prima facie nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſsi.

Tom. I.

In dedicateria, dele, *Clariſsimi, & doctiſsi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mi viri, uſque ad, *Auctoris mihi fuere*, & ſubſtitue, *Nonnulli.* — Verb. *Patavium*, fol. 34. A. dele, *Monachus proſpiciens.* — Et ſub verbo *Radunt*, dele alterum, *M.* & verbum *Monachis.*

TOM. 2.

Roma, fol. 122. A. ſub verbo *S. Antonius, in Eſquilino*, dele, *Altare maius*, & ſubſtitue, *Eccleſiam.* — *Roma*, fol. 157. A. paulò ante titulum, *S. Mariæ de Miraculis*, dele totum Diſtichon, *Parve canis*, &c. — *Roma*, fol. 142. ſub titulo, *Iulÿ* 3. dele, *Niſi quam Paſchile addiderat*, *&c.* uſque ad, *In Sancto Petro Montorio.* — *Roma*, fol. 184. B. dele, *Summi iuſtitiæ adminiſtratoris*, *qui propter nos*, *&c.* totum deleatur. — *Roma*, fol. 214. A. ſub titulo, *Statuta quædam ex Platina*, dele, *Pius II. Sacerdotibus*, *&c.* & ibi in §. *Gregorius IIII.* ad finem, dele, *Ea enim à Religione aliena*, *&c.* uſque ad finem. — *Neapolis*, in præfatione, fol. 222. B. dele, *In uno effigies Doctoris Martini Lutheri*, *&c.* uſque ad, *Ædiculæ itidem in ea.* — Ibidem, fol. 223. A. dele, *Veſtalium*, & pone, *Monialium.* — Fol. 234. ſub verbis, *Hic Sanazarius*, *Alexand. VI. Papa*, dele totum cum tribus ſeq. Epitaphijs. — Fol. 235. B. dele, *Veſtalem*, ſubſtitue, *Monialem.* — Fol. 249. B. dele, *Tunica inconſutilis laceratur*, *&c.* uſque ad, *Ex antiquis inſcriptionibus in hac domo*, per integrum folium.

TOM. 3.

Venetiæ, in præfat. fol. 290. A. dele, *Veſtalium*, & repone, *Monialium.* — Fol. 307. A. *In æde D. Iacobi*, dele, *Deæ.* — Fol. 309. A. *In æde Divi Michaëlis*, dele, *Scorti inſignis.*

TOM. 4.

Mediolanum, fol. 363. *In æde D. Ambroſij*, dele, Epitaphium Hiſpan. *Aqui jaze el ſoldado Villoria*, &c.

LAVRENTIVS Scholzius, ſeu Scolttius à Roſenavv.

Germanus Medicus Vratis-lavienſis, Lutheran.

EIVS *Conſiliorum Medicinalium*, liber ſingularis. Francof. apud Claudium Marnium, & Ioannem Aubrium, 1598. Hanoviæ 1610.

Poſt adhibitam præſcriptã notam, *Laurentio Scholzio*, in prima libri facie. Deinde, fol. 2. pag. 1. ante medium, in titulo dedicationis operis, dele vocem, *Relig*[...] — In proœmio verò ad Lectorem, [...] incipit, *Quemadmodum univerſa*, pag. 4. [...] 5. à fine, in *Ioanne Cratone*, dele, *Piæ* [*me*]*moriæ.* — Et pagin. 5. ante medium, de[*le*], *Gloriam immortalem conſequuti ſunt.* — Poſt præfationem expunge Epigram[*ma*] Caſpari Peuceri, Auctoris damnati, [...] incipit, *Ingenio magnus*, *&c.* expunge [...] tum ſecundum Epigramma, quod in[...] *Robur ineſt ſcriptis.* — In Catalogo [...] rum, à quibus Scholzius ſe adiutum [...] tetur, ſunt quã inulti ſectarij, quibus [...] benda ſua nota, Daniel Rindtfleiſch, [Fran]ciſc⁹ Tidiceus, Iacobus Zvvinger⁹, [...] mus Camerarius Ioannes Poſthius, [...] nes Schenckius, Philippus Scherbius. — Similiter in altero Elencho Auct[...] è quorum ſcriptis hæc Conſilia con[...] ſunt, adhibenda ſua nota Sectarijs, Io[...] Cratoni, Ionni Pfill, Theodoro Zvvinge[...]ro, Caſparo Nævio, & ſi quis alius ad hunc Sectariorum numerum pertinet. — Item in tertio Elencho Conſiliorum Medicinalium, lin. 5. poſt Ioannis Cratonis, dele, *piæ memoriæ.* Deinde ubi incipiunt, [...] iam opera medicinalia Ioannis Cratonis, videlicet, *Parva ars Medicinalis*, & *An*[...]*logiſmus*, & *Conſilia quinque*, uſque ad columnam 22. adhibe illi notam Auctoris damnati, quamquam ferè maiori ex par[te] hic conſiliorum liber ex Cratonianis con[]ſilijs centum octoginta quinque concin[na]tus ſit. — Et ſimiliter ubi cœperint con[ſi]lia aliorum Sectariorũ, ut Caſpari Næ[vio] col. 41. & præterea duodecim alia conſi[lia] per totum opus diſperſa. — Item & Ioanni Nævio terdecim. — Et Thomæ Eraſto, tria, aut quatuor. Incipiunt autem colum. 124. — Et Theodoro Zuingero, colum. 157. & præterea unum, aut alterum.

Item eiuſdem Laurentij Scholzij Epiſtolarum Philoſophicarum Medicinalium, ac Chymicarũ volumen. Apud Claudium Marnium, *&c.* Francof. 1598. Hanoviæ, 1510.

Poſt adhibitam notam Auctoris damnati, & operis permiſsi, in prima libri [fa]cie. — Deinde in præfatione, quæ incip[it] *Ne volumen iſtud*, &c. — Pag. 2. initio, [de]le, *Melancthonis noſtri.* — Poſtea expun[]ge ſequentia Poëmata tria, quæ ſunt A[u]ctorum Sectariorum, & in Sectariorum laudem. — Deinde in Catalogo Au[cto]rum, quorum Epiſtolæ in hoc volumine continentur, adhibe notam damnati ſcrip[]tori

toris Abrahamo Seyller, Adolpho Occoni, Andreæ Dudithio, Balthaſari Scheider, Bartholomæo Chriſæo, Carolo Oſlevio, Caſparo Hoffmanno, Chriſtophoro Schilingo, Hieronymo Schaller, Ioanni Cratoni, Ioanni Schrœtero, Iuſtino Pezoldo, Michaëli Barth, Paulo Cloſio, Petro Monavio, Theodoro Zuingero, Thomæ Eraſto, Thomæ Moufeto.

Alia verò Scholtzij opera, videlicet *Aphoriſmorum Sectiones octo.* Vratiſlaviæ, 1589. Francof. permitti poterunt appoſita nota Auctoris damnati, & operis permiſſi.

LAVRENTIVS Schonerus.

LAVRENTIVS Schraderus. Th. Luther.

LAVRENTIVS Span à Spanavv. P.

LAVRENTIVS Streicherus.

LAVRENTIVS Tubius Pomeranus.

LAZARVS Schenerus. P.

LELIVS Sozzinus.

LEO Achrydanus.

LEO Iudas, ſeu Leo Iudæ.

Calvino-Zuingl. Zuinglij diſcipulus.

Eivs veteris teſtaměti libri Hebraïci cũ annotationibus in tota Biblia, & varię Lectiones marginales. Tiguri, apud Froſchoverum, 1543. Prohibentur, pręter quam illa nova verſio librorũ veteris teſtamenti, de qua vide Biblia Vatabli in 2. & 3. Claſ.

LEONARDVS Coxus.

Anglus Grammaticus, Poëta, & Theol. Luther.

Is tranſtulit è Gręco opuſculum, *Marci Heremitæ* de hoc argumento, *de his qui putant ſine operibus iuſtificari.*

Cuius *antidotum*, ſeu, *Cautionem*, vid. tom. 4. Biblioth. Patrum in Marco Heremita.

LEONARDVS Culman.

LEONARDVS Fuchſius. *ſeu Fuxius.*

German. Medicus, Luth.

Permittuntur cum expurgatione eius ſequentia opera. Adhibita initio cuiuſcumque libri nota Auctoris damnati, & operis, cum expurgatione permiſſi, & ex omnibus inſcriptionibus expunctis illis verbis, *Medici illuminati.*

Eivs, *De Hiſtoria Stirpium*, commentarij, *&c.* Baſil. in officina Iſingriniana, 1542.

Poſt appoſitam notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi, in Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Quamquam univerſa*, &c. P. 6. poſt medium, dele vocem, *Monachorum.* Et ſimiliter ex marginali notatiuncula, expunge, *Monachos.*

Deinde permittuntur eius *interpretatio, & commentaria*, in librum Galeni, *de inæquali intemperie*, adhibita prædicta nota. — Item in libros, *De differentijs, & cauſis morborum ſymptomatum*, cum prædicta nota. — Item in *libros de Iudicijs*, adhibita eadem nota. — Item in librum, *De curatione, per ſanguinis miſsionem*, appoſita ſuperiori nota. — Item in libros, *De temperamentis.* — Item in libros, *De differentijs febrium*, cum eadem nota. — Permittitur item in libros, *De laborantium locorum notitia*, in quo libro poſt adhibitam notam ſolitam in commentario ad librum 6. cap. 5. ante medium, expungatur nota illa marginalis, *Cœlibatus leges ſanciri non debent*; & poſt illa verba, *Vim, ac cupiditatem eſſe inditam*, deleantur cætera, uſque ad illa verba, *De Galeni igitur ſententia*, excluſ. — Ex indice eiuſdem libri, dele, *Cœlibatus leges ſanciri non debent.*

Permittuntur etiam cum expurgatione opera eiuſdem Leonardi Fuchſij, ab ipſo recognita, Francof. 1604. cum ſequenti expurgatione.

In ipſa inſcriptione, in illis verbis, poſt illud, *Satis locuplete donatæ*, adde, *Auctor damnatus opus hactenus prohibitum, nunc verò cum expurgatione permiſſum.*

Fol. ſequenti poſt inſcriptioné, dele orationem de vita & morte Auctoris, quę incipit, *Magnopere vellem, vel cuperem*, &c. — Poſt indicem capitum, fol. ſequenti, dele carmina omnia in laudem Auctoris. — Lib. 1. *Inſtitutionum Medicinalium*, ſect. 1. cap. 1. pag. 2. ante medium, poſt illa verba, *Eobanus Heſſus*, dele uſque ad illa, *Ita reddit*, excluſ. — Cap. 2. pagin. 4. à med. poſt illa verba, *Eobanus Heſſus*, dele uſque ad illa, *Ita convertit*, excluſivè. — Lib. 2. ſect. 1. cap. 1. pagin. 91. in illis verbis. *In quo Papiſtico ritu ſunt*, dele, *Papiſtico*

ritu. — Eadem Sect. cap. 9. pagin. 98. poſt illa verba, *Mediocri victu conſervandũ erit,* dele uſque ad illa, *Imò cum vẽtres,* excl. — Cap. 10. pag. 99. poſt illa verba, *Hebetẽ reddit,* dele uſque ad illa, *Eobanus noſter*, excl. — Sect. 5. cap. 1. pag. 117. poſt illud, *Lonicerum & Plantium*, dele uſque ad illud, *Hippocratis interpretes*, excluſ.

Eivsdem operum pars ſecunda. Francofurt. 1604.

Lib. 1. de *Compoſitione Medicam.* cap. 18. pag. 71. §. *Saphirus*, *& Cyanus*, poſt illa verba, *reddere caſtum tradant*, dele uſque ad finem §. — Ibidem cap. 20. pag. 72. ante medium, poſt illa verba, *Vt dictum eſt, deſtillet*, dele uſque ad illa, *Huius triplex eſt*, excl. — Cap. 74. pag. 108. ad fin. poſt illa verba, *pervenire nunquam poſſint*, dele uſque ad illa, *ex horum quidem numero*, excluſ. initio ſeq. pag. — Lib. 2. *de Antidotis*, Sect. 3. pagin. 151. §. *Petrolei*, poſt illa verba, *Primo oſtenſum eſt*, dele uſque ad finem §. — Ibidem dele notam marginis, *Monachorum impoſtura.* — Sect. 4. pag. 157. §. *Abbatis*, dele totum §. — De *Paſtillis*, Sect. 12. pagin. 228. §. *Drachmas*, poſt illa verba, *redigi queant*, dele uſque ad illa, *Denique haud ſatis*, excl. — Sect. 15. pag. 241. §. *Et lateribus*, poſt illa verba, *Petroleo conveniunt*, dele uſque ad finem §.

Ex 3. & 4. parte operum eiuſdem Auctoris. Francofurt. 1604.

Fol. ſequenti, poſt inſcriptionem, dele epiſtolam ad Typographos, quæ incipit, *Quem tanta hodie* &c. — Lib. 4. *de medendis morbis*, cap. 12. pag. 211. ante med. poſt illa verba, *Peſtilentiæ primum obtinere locum*, dele uſque ad illa, *Quid multa*, excl. — Ibidem dele notam marginalẽ, *Adverſus quoſdam*, &c. — Lib. 1. *Paradoxorum medicinæ*, cap. 29. pag. 338. à med. poſt illa verba, *ductum valere interdum*, dele uſque ad illa, *Pari ratione*, *& in aliis*, excluſ. — Lib. 2. *Paradoxorum*, cap. 1. p. 365. propè medium, poſt illa verba, *Vt putredo in febribus*, dele uſque ad illa, *imitati ſunt omnes*, excluſ. — Lib. 3. c. 13. pag. 435. poſt illa verba, *Officina accepimus*, dele uſque ad, *Eraſmus Roterodamus*, & poſt vocem, *Roterodamus*, dele uſque ad, *Ita reſtituit*, excluſ.

Eivs plurima, & varia opera ex variis officinis prodierũt, neque eodem tempore, ſed demum ſimul, & in quatuor partes tributa, edita ſunt Francof. ann. 1604.

Eivs Paradoxorum Medicinæ libri 3. Pariſ. apud Carolam Guillard. 1546.

Et ex editione Veneta, 1547. & habe[...] etiam in 4. p. operum Francof.

Poſt appoſitam notam in prima libri [...] cie. — In Epiſtol. Dedicat. ad Huldric[...] Ducem Wirtembergenſem, in inſcripti[...] ne dele, *Pietatis*, &c. — Pag. 8. Dedica[...] riæ ſub initium, poſt illa verba, *Patri[...] ſubditis tuis reſtitutus ſis*, dele reliquum [...] ginæ uſque ad dimidium, p. 10. & illa ve[...] ba, *Quid Deum immortalem*, excl. — [...] 12. ſub initium, lin. 10. dele, *pietatem.* — [...] lin. 14. dele in promovenda Religione — Pag. 13. lin. 7. & 8. dele, *Religionem*, [...] *rum Dei cultum.* — In editione autem [...] neta 1547. lib. 1. cap. 29. dele, *Quis* [...] *eſt, qui neſciat*, uſque ad, *non iuſtifica*[...] Lib. 3. cap. 13. dele, *At locum hunc*, [...] ad, *reſtituit.*

Eivsdem Epitome Anatomiæ — [...] 1. cap. 1. dele, *Vt hoc nomine* [...] uſque ad, *ſe polluit.* — Cap. 22. dele, *Monachorum nimium.* — Lib. 4. cap. 3. dele, *Tum Theologorum Scholaſticorum.*

Eivsdem cõmentaria in textum Epidemiorũ in dedicatoria ad Albertũ Brandenburg, circa medium, dele, *Philippo præſertim*, uſque ad, *Gallorum ſecundis.* — In præfatione ad lectorem verſus finem, dele, *Philippus*, &c. uſque ad, *noſtra decus.*

Eivsdem annotationes ad Nicola[...] Myrepſium. — In præfatione hiſce annotationibus præfixa ad Rempublic. Nori[...] berg. poſt medium, dele, *Quod ſi itaque iſta*, uſque ad, *Falſa Religione impoſuere.* — Sect. 1. de antidotis, compoſitione 298 [...] fine, dele, *Arida contere una cum liquid.* [...] *& hæc conficiendo dic.* — Eadem ſect. deleatur compoſitio 402. cum annotatione, *Antidotum vobis*, &c. — Item deleatur compoſitio 405. cum ſua annotatione, *Anim*[...] *ratio*, &c. — Sect. 7. compoſit. 6. cum ſua annotatione, *Mulieri* &c. tota deleatur, ſimiliterque compoſitio 13. & 16. — Sect. 12. deleatur compoſitio 28. cum annotatione, *Hedricum ad internas*, &c. — Sect. 20. cõpoſitio 14. & 20. totæ deleantur. — Sect. 21. compoſit. 1. cum ſua annotatio[...] *Thymiamatis*, *ſuffimentive confectio*, &c. [...] tæ deleantur, itemque tota compoſiti[...] — Sect. 24. deleatur compoſitio 85. [...] *lyrium oculare*, &c. Sect. 37. deleantur compoſitiones 94. & 95.

Eivsdem de curandi ratione per 8. [...] bros. — Lib. 4. cap. 12. de Peſtilentia, [...] 4. vel 5. ante finem, dele, *Sed extant* [...] *re*, uſque ad, *Pluris facio quam centum* [...]

tum

rum. —Circumfertur idem opus libris tãtum quinque diſtinctum ſub titulo, *De ſanandis totius corporis malis*, à quo præfatio expungenda eſt.

EIVSDEM *Methodus*, ſive ratio compendiaria, *&c.* Lugd. 1550. — Cap. 17. *De cibo, & potu*, pag. 110. circa medium, dele, *Huc ſane reſpexit Soranus*, uſque ad, *Graſſatæ fuerint.*—Epiſtola nuncupatoria, *Cum duæ potiſſimũ*, tota pręcidatur.— In præfatione librorum, *De uſitata hujus temporis componendorum medicamentorum ratione, &c.* Pag. 330. circa finem, dele, *Quem latet*, uſque ad, *Non ſit veritus.*

In editione Veneta aliquanto poſteriore, anni ſcilicet 1556. inſcripta, *Inſtitutiones Medicinæ ad Hippocratis, & Galeni*, &c. —Lib. 2. ſect. 2. cap. 9. *De cibo, & potu*, dele, *minime ieiunandum.*

EX EIVSDEM *Fuſchſij Operibus noviſſimè ab ipſo recognitis, Francof.* 1604.

In ipſa inſcriptione, poſt illud, *Satis locupletè donata*, adde, *Auctor damnatus, Opus hactenus prohibitum, nunc vero cum expurgatione permiſſum.* — Fol. ſequenti poſt inſcriptionem, dele orationem de vita, & morte Auctoris, quæ incipit, *Magnopere vellem, vel cuperem*, &c. —Poſt Indicem capitum, fol. ſequenti, dele carmina omnia in laudem auctoris. — Lib. 1. Inſtitutionum Medicinalium, Sect. 1. capit. 1. pagin. 2. ante medium, poſt illa verba, *Eobanus Heſſus*, dele uſque ad illa, *Ita reddidit*, excluſ.—Cap. 2. pag. 4. à medio, poſt illa verba, *Eobanus Heſſus*, dele uſque ad illa. *Ita convertit*, excluſ.—Lib. 2. Sect. 1. cap. 1. pag. 91. in illis verbis, *In quo Papiſtico ritu ſunt*, dele, *Papiſtico ritu.* —Ibidem Sect. 2. cap. 9. pag. 98. poſt illa verba, *Mediocri victu conſervandum erit*, dele uſque ad illa, *Imò cùm ventres*, excluſ. — Cap. 10. pag. 99. poſt illa verba, *Hebetem reddit*, dele uſque ad illa, *Eobanus noſter*, excluſ. — Sect. 5. cap. 1. pag. 117. poſt illud, *Leonicerum, & Plantium*, dele uſque ad illud, *Hippocratis interpretes*, excluſ.

EX SECVNDA PARTE OPERVM Eiuſdem Auctoris, Francofurti, 1604.

Lib. 1. de compoſitione Medicam. cap. 18. pag. 71. §. *Sapphirus, & Cyanus*, poſt illa verba, *Reddere caſtum tradant*, dele uſque ad finem §. — Ibidem cap. 20. pag. 72. ante medium, poſt illa verba, *Vt dictum eſt, deſtillet*, dele uſque ad illa, *Huius triplex eſt*, excluſ. — Cap. 74. pag. 108. ad finem, poſt illa verba, *Pervenire nunquam poſſint*, dele uſque ad illa, *Ex horum quidem numero*, excluſ. initio ſeq. pag. — Lib. 2. de *Antidotis Sect.* 3. pag. 151. §. *Petrolei*, poſt illa verba, *Primò oſtenſum eſt*, dele uſque ad finem §. —- Ibidem dele notam marginis, *Monachorum impoſtura.* — Sect. 4. pagin. 157. §. *Abbatis*, dele totum §. De *Paſtillis.* — Sect. 12. pag. 228. §. *Drachmas*, poſt illa verba, *Redigi queant*, dele uſque ad illa, *Denique haud ſatis*, excluſ. — Sect. 15. pag. 241. §. *Et lateribus*, poſt illa verba, *Petroleo conveniunt*, dele uſque ad finem §.

EX 3. ET 4. PARTE OPERVM EIVSDEM Auctoris, Francofurti, 1604.

In ipſa inſcript. poſt illud, *Satis locupletè donata*, adde, *Opus cum expurgatione permiſſum.*—Fol. ſequenti poſt inſcriptioné, dele Epiſtolam ad Typographos, quę incipit, *Quem tanta hodie, &c.* — Lib. 4. de *Medendis morbis*, cap. 12. pag. 211. ante medium, poſt illa verba, *Peſtilentiæ primum obtinere locum*, dele uſque ad illa, *Quid multa?* excluſ.—Ibidem dele notam marginalem, *Adverſus quoſdam*, &c. —Lib. 1. *Paradoxorum medicinæ*, cap. 29. pag. 338. à medio, poſt illa verba, *Ductum valere interdum*, dele uſque ad illa, *Pari ratione, & in aliȷs*, excluſ. — Lib. 2. Paradoxorum, cap. 1. pag. 365. prope medium, poſt illa verba, *Vt putredo in febribus*, dele uſque ad illa, *Imitati ſunt omnes*, excluſ. — Lib. 3. cap. 13. pag. 435. poſt illa verba, *Officina accepimus*, dele uſque ad, *Eraſmus Rotedoramus*, & poſt vocem, *Rotedoramus*, dele uſque ad, *iſta reſtituit*, excl. — Eiuſdem Leonardi Fuchſij opera, ſeu tractatus aliarum editionum, quæ ſunt, vel fuerint correcta ad præſcriptum expurgatorij Illuſtriſsimi Cardinalis Gaſparis à Quiroga, permittũtur. Sed obſervãdũ opuſculũ, quod inſcribitur, de uſitata huius temporis cõponendorũ, miſcendorumque Medicamentorũ ratione, quod excudit Iſingrinius Baſil. 1541. poſtea recognitum, & auctum fuiſſe ab eodem Auctore. In qua additione addita eſt in Germania, pręfatio prorſus expũgenda. Quod opuſculum habetur ſecunda parte ſuorum operum.—Item libri 5. de *Sanandis totius humani corporis Morbis*, Baſileæ 1542. habentur lib. 4. maiorum operum.— Item eiuſdem *tabulæ aliquot univerſæ Medicinæ, ſummam complectentes*, Baſil. apud Robert. Winterum, permittuntur appoſita ſua nota, ſicut & aliæ *Tabulæ in Galeni*

libros, de morborum cauſis, Baſil. apud eundem Robert.—Item *Apologiæ tres de Aloe*, & de, *explicatione Paradoxorum*, & de, *Pleuritide*.—Item eiuſdem adnotationes in *Galeni libros de tuenda valetudine*, Tubingæ, 1541. Et in libros, de *differentijs febrium*. Pariſijs 1554. — Item *Plantarum effigies*, ſeu *Icones* Lugduni, 1551. — Item *Quæſtiones phyſicæ de peſte*, & alia quædam minutiora medica, & chirurgica, ſimiliter permit.

LEONARDVS, ſeu Leonhardus Huterus.

Theolog. Lutheran. Auguſtan. Confeſſ.

LEONARDVS Iacobus Northuſianus.

LEONARDVS, ſeu Leonhardus Krentzheim.

Iphophius, Francus, ſeu *Krentzhemius*, Theolog. & Chronologus Zuinglianus.

EIVS Homiliæ de *Cœna Domini*. Gorlicij, 1575. Et de *Impendentibus Imperiorum mutationibus*. Gorlic. 1579. prorſus prohibentur.

EIVSDEM *Obſervationes Chronologicæ*. Lignicij, per Nicolaum Sartorium, anno 1606.

In prima operis inſcriptione, poſt illud, *Iphophij Franci*, adde, *Auctoris damnati*. — Et inferius, poſt vocé, *Opus*, dele uſque ad, *Publicatum*. Et in locum expunctorum, repone, *prohibitum, ſed cum expurgatione permiſſum*.—Præfatio ad Lectorem, quæ incipit, *Poſtquam commentarijs*, &c. Et epigrammata omnia, quæ ſequuntur in laudem Auctoris, & operis deleantur.

Lib. 1. cap. 1. pag. 9. §. *Eſt etiam in manibus*, ad finem, ibi, *Idque ex errore ſeptuaginta Interpretum*, pro, *errore*, ſcribe, *editione*. — Poſt, *Synopſim Chronologicam*, pag. 13. ad finem, poſt illud, *Aliquot ſupputationes cum meis conferam*, dele omnia cum notis etiam marginalibus, uſque ad illud pag. 15. ſub initium, *Eadem ratio eſt Funccianæ*, excluſ. — Et pag. 15. §. *Eadem ratio eſt Funccianæ*, ibi, *Eſt igitur & M. Funccij numerus*, dele, *M.* — Ibidem §. *Theodorus Bibliander*, poſt vocem, *Bibliander*, dele uſque ad, *Refert Natalem*, excluſ.—Ibidem n. 4. ad finem, ibi, *In numeris D. Bibliandri*, dele, *D.* — Pag. 17. ante medium, totius §. *Contexuit etiam*, expungatur cum nota marg. uſque ad, *Matthæus Beroaldus* ed*dit*, excluſ. — Pag. 21. §. *Abrahamus* ...*cholcerus*, initio, poſt illud, *Sin chronolog*... dele uſque ad, *Quo multis annis*, excluſ. — Pag. ead. §. *Georgius Nigrinus*, ibi, *Ner*...*voſiſsime evincit*, dele, *Nervoſiſsime*. — Pagin. 23. §. *Paulus Aſphe*, in med. poſt illud, *Methaſtenem & Philonem*, dele uſque ad, *Tempori Monarchiæ*, excl. — Pag. 25. ... Synopſi Chronologica, omnes illæ ſuppu*tationes annorum ab orbe condito ad* ...tum Chriſtum, quæ continentur liter... & O. & T. cum titulis deleantur.—Pag. 26. col. 1. ad finem, Aa. ibi, *Eadem ratione* ...*minus*, dele, *Dominus*, col. 2. initio, D... *D. David*. dele, *D.* — Cap. 6. §. 3. pag. ... poſt initium, poſt illud, *Evangelicæ* ...*tis auctoritatem*, dele parentheſim, ... ad, *genealogiæ Chriſti inſerendum*, ex... — Et paulò inferius, poſt illud, *ipſe* ... *novit annos* 265. dele omnia uſque ad fine... §.—Cap. 11. §. 5. pag. 46. poſt initium, poſt illud, *undè colligitur ſumma* ... 45. dele omnia uſque ad, *addam autem* ... excluſ. — Cap. eodem §. 11. n. 4. pag. 49. ante medium, poſt illud, *Laurentius Codomanus*, dele uſque ad, *is enim ab exitu* ... — Et inferius, ante finem, poſt illud, ... *fallitur ſua opinione*, dele uſque ad, ... *enim verum eſt*, excl. — Cap. 14. §. 1. pag. 53. à medio, poſt illud, *rectè numera*... dele uſque ad, *Ioannes Funccius primus* ...*cuit*, excluſ. — Ibidem pagin. 54. poſt ...tium, ibi, *Euſebio, M. Funccio*, dele, *M.* — Cap. eodem, §. 3. pag. 54. ad medium, poſt illud, *cum annis ætatis Chriſti*, dele uſque ad. *verum etiam hæc Euſebij de Iubilæis*, excluſ.—Et ad finem pag. & cap. poſt illud, *Baptiſmus Chriſti in ann.* 4000. dele uſque ad, *non dubito gratiſsimum*, excl. — Ibidem §. 4. init. poſt illud, *nos igitur*, dele uſque ad, *annos* 40. *numerandos*, excluſ. — Cap. 22. §. 1. pagin. 65. verſus finem, poſt illud, *Pantaleon* 450. dele uſque ad, *Phil.* ... *Guil.* excluſ. — Et mox, poſt, *Marianus Sco*...*tus*, dele uſque ad, *Chytræus*, excluſ. — Et mox, poſt, *Clemens Schubertus* 427. dele uſque ad, *Ioan. Funccius*, excluſ. — Cap. eo...dem, §. 7. pag. 73. ibi, *inter D. Buchol*... dele, *D.* — Cap. eodem, §. 9. pag. 74. ... medium, ibi, *M. Barthol. Schultetus*, dele, *M.* & mox, ibi, *Aſtronomus doctiſsimus*, dele, *doctiſsimus*. — Ibidem §. 11. pag. 76. ... finem, ibi, *D. Lutherus*, dele, *D.* — Et pag. 77. ſub initium, poſt illud, *ſupputationem* ... *nihil pertinet*, dele uſque ad finem §. —

Eo-

Eodem capite §.14.pag 79.initio, poſt illud, *in libris Regum & Paralipomenon*, dele uſque ad, *Henricus Pantaleon colligit*, excluſ.—Ibidem pag. 80. in medio, poſt illud, *mihi non liquet*, dele uſque ad, *hæc ſuppoſitionis diverſitas*, excluſ. — Cap. 26. §. 2. pag. 83. ad finem, poſt illud, *Lyra Funccius* dele uſque ad, *& multi alij*, excluſ.—Cap. 27. §. 2. pag. 88. à medio, poſt illud, *& pietatis excellentis*, *ut oſtendimus*, dele uſque ad, *ſecundus annus accipiendus*, excluſ.

LIBRO 4.

Cap. 3. §. 1. pag. 175. initio, poſt illud, *Hiſtoria Iudith*, dele uſque ad, *Veram enim hiſtoriam eſſe*, excluſ.

LEONARDVS Licius. P.

LEONARDVS Moccoſinus. P.

LEONARDVS Pellicanus Rubeaquenſ.

LEONARDVS Schrœtterus. P.

LEONARDVS Schveiglinus.

LEONARDVS Stockelius, ſeu, *Stokle*, ſeu, *Stekle*.

LEONARDVS Strubin.

LEONARDVS Turmeiſerus. *Med.*

LEONARDVS Warmundus.

LEONARDVS Werner.

LEOPOLDVS Dickius.

EIVS *Oeconomia Iuris*. Baſileæ, 1567. permittitur cum expurgatione ſequenti. Initio apponēda eſt nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi. — Deinde pagin. 123. linea 1. dele, *Sed qui ſæculo noſtro*, uſque ad, *ne quidem agnoverunt*, incluſivè. — Pagina 214. linea 7. dele, *Neceſſe eſt*, & linea 9. dele, *Hac ita dicit*, uſque ad, *Aula*, incluſivè. — Pagina 214. linea 30. dele, *verum etiam Chriſti*, uſque ad, *ſed poſt habitis*, excluſivè. — Pagina 293. linea 10. dele, *Sed ſi Sacerdotes*, uſque ad, *item in quolibet*, excluſ.

LEOPOLDVS Hackermannus.

Seu, *Hackelmannus*, Germanus, I. C. Profeſſor Ienenſis, Luther.

EIVS *Illuſtriores quæſtiones in vita communi uſum inſignem habentes*. Ienæ, 1598.

Apponenda nota ſolita Auctori, & operi.

LICHVRDVS Neocomenſis.

Sed hoc videtur nomē fictum, & per tranſpoſitionem literarum eſſe ipſum Ioannem Iacobum Huldricum, Zuinglianū, qui pro Biblijs Tigurinis Zuinglianorum inſcripſit *Vindicias*, cōtra Iacobum Gretſerum Societatis Ieſu.

LOLLARDVS.

LOY de Schalledecker.

LVCAS Backmeiſterus, Luneburgenſ.

LVCAS Geirbergerus. *Th.*

LVCAS Gollius Argentinenſis.

I. C. Collega Argentoratenſis, Luther.

LVCAS Loſsius.

LVCAS Mainus.

LVCAS Martini. P.

LVCAS Oſiander.

German. Theolog. Luth. Auguſt. confeſ.

LVCAS Oſiander Iunior. *Th. L.*

LVCAS Pollio. *Th. L.*

LVCAS Redargerus. P.

LVCAS Stroteck, ſeu, *Schoteyſen*, Rubeaquenſis.

LVCAS Stæckle. *Th. L.*

LVCAS Stenglius. *Med.*

LVCAS Sternberger, Moravus.

LVCAS Trelcatius.

Vel, *Trecaltius*, Pater, ex agro Atrebatenſi, Theologus, Lutheran. Calvin. & Zuinglianus, Londinenſis Ludi-magiſter, mi-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

miniſter Inſulanus,& Eccleſiæ Gallicę, Lugduni Batavorum, & ibidem Leydenſis Academiæ Profeſſor.

Lvcas Trelcatius. *Fil.*

Londinenſis, & innutritus Heidelbergæ, Baſil. Tiguri, Genevæ, ubi etiam miniſter, poſtea, Profeſſor Leydenſis.

Lvcas Wetzelius. P.

Lvcivs Hacteræus, vel, Hecterus.

Lvcivs Piſæus.

Lvdolphvs à Collen.

Seu, *à Ceulen* Saxo, Hildeshemius Geometra, Arithmeticus, & Propugnaculorum ſtructore, Profeſſor Leydenſis.

Eivs *de Circulo, & peripheria Archimedis*, & uſu Canonum triangularium in planis.—Item liber, *de Vſuris*, & data ratione ſortis, ad ſuam uſuram.—Item *Geometricæ Propoſitiones.* — Item *Problemata varia.* Permittuntur, adhibita ubique nota Auctoris damnati, & operis permiſsi.

Lvdolphvs Lithotomus. P.

Calvino-Gomariſta, Theolog.

Lvdovicvs Alectorius.

Qui ſcripſit Ioannis Calvini Hęreſiarchæ vitam.

Lvdovicvs Berquinus.

Lvdovicvs Capellus.

Pariſienſis, Theol. Luthero-Calviniſta, Paſtor Pariſienſis, Meldenſis, Antuerpienſis, Sedanenſis apud Sectarios.

Lvdovicvs Crocius.

Bremenſis Profeſſor, & ſubſcriptor Conciliabuli Dordrechtani.

Lvdovicvs de Dieu.

Batavus Profeſſor Leydenſis, Theol. Polil.

Eivs *Grammatica linguarum Orientalium.* Lugd. Batav. ex officina Elzeveriana, 1628.

In Epiſtola Dedicatoria, quę incipit, *Ampliſsimi, ſpectatiſsimi, &c.* pag. 3. lin. 6. poſt illa verba, *Publicè profiterentur*, dele ſex lin. (his tantum vocibus retetis inter quos Thomas Erpenius) uſque ad, *Ego vero*, excluſivè.—In altera præfatione ad Lectorem, quæ incipit, *Candide lector*, pag. 4. lin. 5. dele, *verus ſenſus non aliunde quam.* — In fine totius epiſtolæ, expunge Poëma Græcum quod eſt, *Heinſij hominis Sectarij* cum inſcriptione.

Lvdovicvs ab Eberſtein.

Lvdovicvs Evans.

Lvdovicvs Heſtzer.

Lvdovicvs Lavatherus.

Vel, *Laveterius*, ſeu, *Lavaterus*. Tigurinus Calvino-Zuingl. Theol. & Hiſt.

Lvdovicvs Lucius.

Baſilienſis Profeſſor, Theol. Luther.

Permittitur tamen ipſius *Theſaurus linguæ Latinæ Bipartitus*, ab ipſo editus, adhibita expurgatione, & nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi.

In Epiſtol. Dedicator. pag. 3. ad finem poſt illa verba, *diligere, & colere*, dele uſque ad finem Epiſtolæ.— Deinde in Epiſtola Iacobi Zelarij expungatur Elogium Celij Secundi Curionis, & adhibenda nota Auctoris damnati. — Permittitur etiam Ludovici Lucij *Theſaurus Latinæ linguæ*, inſtar Theſauri Nizoliani ex omnibus Latini ſermonis, auctoribus lectus, & congeſtus, 1613. Sed cum ſuperiori nota, Auctoris damnati, & operis permiſsi.

Lvdovicvs Maſurius. P.

Lvdovicvs Perſon. I. C.

Lvdovicvs Rabus.

Lvdovicvs Rauzeus.

Eivs *Problematum Miſcellaneorum Ant. Ariſtotelicorum centuria dimidiata*, ad ſtudioſos in Academia Leydenſi directa, ſpeciatim prohibetur. Lugdun. Batav.

Lvdovicvs Schalſſius. P.

Lvdovicvs Villebois.

Lvthervs.

Lysmaninvs.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN